

IN NOMINE IESU
DISPUTATIO THEOLOGICA
DE

SACROSANCTA
ET INDIVIDUA
TRINITATE:
Quam

*Ex consensu & approbatione Amplissima Facultatis
Theologicae in Regia Academia Aboensi*

S U B P R A S I D I O

Plurimum Reverendi & Excellentissimi Viri
DN. M. SVENONIS L. VIGE-
LII Copiâ-Vestmanni, S. S. Theol, ibidem Pro-
fessoris celeberrimi & Pastoris in Sagittis
Praeceptoris & Promotoris sui æterno honore
suspiciendi,

*Liberalis Exercitij causa placida literatorum
censura submittit*

Andreas Thuronis Kyroënsis
F I N N O

Ad diem Maji horis locoq; consuetis.

A B O E,

Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typog: 1652.

Illustrissimo & Generosissimo Domino
DN. ARVIDO Wirt-
tenberg de Seber /
Comiti in Nyborg/ Libero Barciin
Lojmijoki/ Domino in Ultis & Ule-
stad/Sereniss.R.M. Regniq; Sveciae
Senatori, Regni Armamentarij
castrensis Tribuno Generali,
Senatori Militari,
Musarum Patrono Magno, Domino suo gratiosissi-
mo, Salutem gratiam & pacem à Deo Patre
per Jesum Christum.
Illustrissime Comes, Domine Gratosissime,
TEnues istas, quas Illustriss. V. &
Ex. tiæ lito pagellas, non teme-
rarius excussum ausus; sed sincerum
extorsit pietatis studium. Nam
cum

cum ad adventum III: V.^a Excell:^{tie}
propter tot difficultates in bello
jam diu felicissime exantatas, sum-
mis à S. R. M. honoribus decoratae,
almam hanc Academiam, ac uni-
versam patriam incredibili lætitia
exultare viderem; teneri non po-
tui ego minimus omnium, quin ali-
quod lætitiae, ac humilimæ gratu-
lationis signum exire facerem, ra-
tus morem esse magnis viris non
tam fastidire viriū imbecillitatem,
quam cernuo clientum animo de-
lectari. Aspiciat igitur Illustriss:
V. E. sereno vultu, & clementer
accipiat hunc de S. S. Trinitate dis-

cursum, tenui minervâ concinna-
tum, nomenq; meum in album su-
orum cliētum referri gratiōsē pa-
tiatur. Deus T. O.M. sacro sancta
& benedicta Trinitas, Ill^{am}: V. E.o-
mni felicitate ac benedictione cu-
mulet, faciatq; ex omnium voto
quam diutissimē perennare, in di-
vini sui nominis, gloriam, immor-
talem V. Excell. memoriam, &
totius hujus imperij commodum
atq; emolumentum.

Illustrissimæ V.^z Excell.

Devotissimus cliens

Andreas Thuronis Kyroënsis
Finno.

Thesis I.

Doctrina de adorando Trinitatis mysterio, quanto magis in Ecclesia Dei est necessaria, eternamq; anhelanti salutem examissim tenenda; Joh. 17: 3, 1. Joh. 5. II. Tanto est subtilior & in impenetrabili abyso posita, adeo ut sublimitatem ejus cœcrationis decempedâ eremtri allaborans, non modo oleum & operam perdere se deprehendat, Sed & in inextricabiles errorum labyrinthos lapsu ruat præcipiti: Unde non sine re August. i. De Trin: in hæc erumpit verba: Ubi quæritur unitas Trinitatis, nec periculosius aliquibi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid invenitur..

2. Cum igitur nostri sit instituti cogitationes ad venerandam hujus mysterij sublimitatem erigere, & de eo aliquid sub incudem placidæ ventilationis revocate: opera preium facturi sumus. Si intellectu nostro εἰς τὴν πτερον τὸν χριστὸν captivo polito i. Cor. 10:5. Juxta infallibilem scripturæ Γεωργίου cynosuram, personarum in una Essentia Divina Trinitatem, earumq; distinctionem enodatus enarremus.

3. Vocem *Trinitatis* quod concernit, sciendum illam, licet αὐτολέξε & totidem apicibus scripta in Sacro codice non inveniatur; διαρογτικῶς tamen & quoad rem ipsam in illo contineri. Nam concretum ejus expresse ponitur in canonica Johannis, ubi dicitur: Tres sunt qui testificantur in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt. i. Joh. 5: 7. Posito autem concreto non colligi abstractum nemo asseverabit, nisi texum

qui inter illa intercedit. solvere sibi præsumat. Per hoc ergo
hæc vox à Patribus tot annorum seculis usurpata in Ec-
clesia Dei etiamnum retinetur.

4. Significat autem Trinitas in hoc sublimi myste-
rio non numerum; Sed modum superminentem, quo
in una & simplicissima essentia Divina, tres Personæ,
Pater Filius & Spiritus Sanctus ita subsistunt ut sint
unus Deus Deus. 6, 4. Infinitus & immensus Job.
21, 8. Psal. 139: 8. Psal. 145: 3. Jerem. 23. 24.
Omniscius Psal. 104. 24. Job. 28. 24. Heb. 4: 13.
Misericors Exod. 34: 6. Ps. 86: v. 5. Ps. 103: 8. Esa.
49. 15. Omnipræsens Job. 11. 8, Act. 17: 27, Crea-
tor, Redemptor & Santificator &c. Quod qualis-
cumq[ue] descriptionis loco h[ic] attulisse sufficiat.

5. Ut autem hoc ritè percipiatur, notandum
est 1. Essentiam h[ic] notare id quod revera & modò quo-
dam singulari ac incomprehensibili subsistit; numero
unum tribus tamen personis communicabile, non ut in
rebus creatis; Sed modo prorsus ineffabili, & in singulis
totum.

9. 2. Personam in tremendo hoc Mysterio non deno-
tare partem aut qualitatem aliquam alteri inhærentem;
sed substantiam individuam, intelligentem, incommu-
nicabilem, non sustentatam ab alio.

7. Unde discriberet inter Essentiam & Personam in
Divinis & Rebus creatis observare in proclivi est: Nam
Personæ creatæ omnes propriam suam habent essentiam
& à se invicem numero diff. runt. Personæ autem De-
itatis in una & simplicissima essentia ita subsistunt, ut ea
de essentia que tota est in Patre, tota etiā sit in Filio & S.S.

8: Et

8. Et quoniam in venerando hoc Mysterio nihilo
secius judicandum aut sentiendum est, quam Deus ipse
ex arcana Majestatis tuæ lede prodiens te revelavit, diximus
in una & simplicissima essentia Divina tres esse Per-
sonas distinctas, Patrem, Filium & Spiritum S.

9. Cujus orthodoxæ propositionis veritatem, antea
quam immotis superstitionis fundamentis, simpliciter
probare plures una esse Deitatis Personas inutile non ju-
dicamus.

10. Quod quidem evineimus ex ijs Scripturæ testis
monijs, in quibus vel. 1. Vox Elohim, singulari nu-
mero in Scriptura haud quaquam cassa, ut patet
Job. 4: 9. cap. 12: 4. cap. 13: 8. Psal. 18: 32. &c. de
Deo in plurali enunciatur. Deut. 6: 4. Et non tantum
cum verbo singulari constructa legitur, Gen. 1: 1 In prin-
cipio creavit Elohim cœlum & terram, Confer. Gen. 2:
5. cap. 17: 3. cap. 35: 9. 11. Deut. 5: 22 Sed etiam nomi-
nibus, participijs & adiectijs pluralibꝫ paſsim conjuncta
reperiuntur, ut Gen. 20: 13. Peregrinari me fecerunt Elo-
him. Adde Gen. 35: 7. 2. Sam. 7: 23. Deut 5: 22. Jos.
24: 19. Job. 35: 10. Psal. 58: 12. Psal. 149: 2. Esa. 44: 2. cap.
54: 5. Jerem. 10: 10. cap. 23: 36.

11. Vel 2. *Vel Deus de seipso pluraliter loquitur,*
Gen 1: 29. Faciamus hominem ad imaginem & similitu-
dinem nostram. Conf. Gen. 3: 22. Gen. 11. 7 Esa. 6: 8.

12. *Vel 3. Jehova de Jehova, Dominus de Domi-*
no verba facit; Gen 1: 9 24: Jehova pluit super
Sdomam & Gomorrham Sulphur & ignem à Iehova
de cœlo. Huc refer Gen. 9: 16. Exod 11: 4. cap. 16: 3.
cap. 23: 19. E. 24: 1. E. 30: 16. cap. 33: 19. Num. 14: 21.
Psal.

Psal. 45. 8. Psal. 110. 1. Ier. 23. 3. cap. 33. 16. Dan. 9. 19.
Ose. 1. 7. Zach. 3. 2.

15. *Vel 4. Oratione copulativa Deo conjungitur Spiritus aut verbum, vel aliud quid pluralitatem subindicans:* Psal. 33. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt & Spiritu oris ejus &c. adde Psal. 107. 20. Esa. 34. 16. cap. 48: 16. cap. 61: 1: Luc. 1. 35.

14. *Vel deniq; 5. Nomen Jehovæ, Domini aut Dei, bis aut ter repetitum ponitur,* Esa. 26. 4. Ier. 33. 2.

15. Pluralitate personarū Deitatis, firmis Sacrae Scripturæ lemmatis sic roboratā, venimus nunc restrictum pluralitatem illam ad Trinitatem, quod facturi producimus 1. *Ex veteri Testamento a Creationem quæ tribus Personis ex æquo tribuitur.* Gen. 1. 1. In principio creavit Deus (innuitur Pater) v. 3. Dixit Deus (indigitatur per verbum Filius) v. 2. Spiritus Domini ferebatur super aquas (nominatur Spiritus S.) addatur Psal. 33. 6.

16. *β Trinam vocis Jehovæ vel Dei repetitionē* Num 6: 24. Benedicat tibi Iehova & custodiat te, illuminet Iehova faciem suā tibi & misereatur tui, attollat Iehova vultum suum ad te & det tibi pacem. Huc facit Esa. 63. 7. cap. 33. 22, Psal. 67. 7. Ier. 33. 2.

17. *γ Trinam vocis Sanctus repetitionem in doξολογίᾳ illa cœlestium μυητῶν adhibitam.* Esa. 6. 3. Apoc. 4. 8. Sanctus Sanctus Sanctus Iehova exercituum. Quem locum ad omnes tres Sacro Sanctæ Trinitatis personas esse referendum, ita concludimus: Qui prophetam alloquitur & Maiestatem suam ipsi manifestat is ab Angelis hic glorificatur & Iehova appellatur. At Pater Filius, & Spiritus Sanctus &c. Eccl. 40. &c. Maior huius Syllogismi patet ex citato cap. 6. Esaix. Minorem confir-

manus iste, De Patre hunc texum loqui, nullum est dubium. De Filio autem quod loquatur, confirmat Joh. 12: 40. De Spiritu S. Act. 18: 26.

28. *II. Ex Novo Testamento a Trinitatis revelationem* Matt. 3, 16, 17. Mar. 1, 10, II. Luc. 3, 21, 22. Joh. 1: 32. Quæ Patrem de coelo clamatem, Filium in Jordane stantem, Spiritum S. in specie columbae descendenter manifestat. *¶ Expressam trium personarum nominationem.* 1. Joh. 5: 7. Tres sunt qui Testificantur in coelo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Huic illustri de Trinitate testimonio, adde verba institutionis baptismi Matt. 28. 19. Et insignia illa loca Joh. 15. , 26. cap 16: 13, 14, 15. Trinitatem personarum liquidò comprobantia. *γ.* *Filiū Dei incarnationem,* quæ Patrem mittentem, Filium carnem assumentem, Spiritum Sanctum obumbratione concurrentem monstrat Luc. 1.
19. Sic igitur Trinitate Personarum sufficienter demonstrata; quomodo ex sint distinctæ porrò dilucidandum venit, quod ut commode fiat, observandum est S. S: Trinitatis personas duplice considerari posse.
20. 1. *Respectu essentiae,* quomodo consideratae Personæ benedictæ Trinitatis sumuntur aut *α. Conjunctionem,* & sic ab illa nihil quicquam differunt, nam tres illæ Deitatis Personæ sunt una & simplicissima essentia Divina. Aut *β. Sigillatim & Seorsim,* quomodo fatendum est distingui essentiam & personam, nō quidem realiter, sed tantum formaliter... Nam Persona est essentia Divina; Sed cum certa proprietate & modo subsistendi restricta & limitata. Si vero inter essentiam & personam plane nihil intercederet discriminis, ex unitate essentia unam esse in Deitate personam rectè inferri posset.
21. 2. *Inter se, & sic si considerantur Deitatis personæ duobus modis distingvuntur., I. Ordine,* nam ita

ter est prima persona, quia est gignens, Filius secunda persona utpote genitus, Spiritus h. est tercua persona quippe procedens à Patre & Filio. Hunc ordinem exprimit Scriptura cum alibi, tum præcipue Matt. 23: 19. 1. Jon. 5:7. non importantem aliquam essentiæ, dignitatis, aut temporis inæqualitatem; Sed originem duntaxat & productionem inaudentem, proindeq; nunquam immutandum; Sed diligenter observandum.

22. II. *Operationibus*, ijsq; tum 1. *Internus*, quæ intra Divinitatem manent, omnem reipuente communicationem, & ea propter personales proprietates, atq; interna personarum discrimina audiunt. Earum a Patris est *Gignere* Psal. 2. 7. 3. *Filiij Gigni* Psal. 2. 7. Prov. 8: 24. 7. *Spiritus Sancti Procedere à Patre & Filio*. Joh. 15:26. Gen. 1: 2. Psal. 33. 6. Job. 33. 4. Gal. 4. 6. Rom. 8, 9. 1. Pet. 1. II. Esa: 11. 4. 2. Thessl. 2. 8. De his notanda est Regula Augustini: *Opera Trinitatis ad intra sunt divisæ*.

23. Tum II. *Externus*, quas Deus extra se exerceat in creaturis & præcipue in Ecclesia. Hæ dupliciter considerari possunt. 1. *Absolute* & sine discriminè, quomo do omnibus tribus personis tribuuntur communiter, juxta Regulam Augustini: *Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa*.

24. 2. *Relativè*, & quoad modum & ordinem agendi, prout attenditur, quæ sit cuiusq; persona proprietas, quæq; operetur immediate, & ita h. c. considerantur. Nam in operibus ad extra tres personæ simul operantur servata tamen cuiusq; persona proprietate & ordine agendi, quem videtur indigitare Apostolus hæc sonans verba Rom. 11. 36. *Ex ipso, per ipsum, in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria.* Confer. I. cor. 15:57.

25. Propter hunc igitur ordinem & modum agendi.

Dico

Deo Patri tribuitur creatio Gen. 1: 26. & alibi passim ut
& in symbolo Apost. Filio redemptio I. cor. 1: 30. Gal.
3: 13. Tit. 2: 14. Apoc. 5: 9. Conf. Symb. Ap. Spiritui
Sancto sanctificatio I. Cor. 6: 11. Joh. 3: 5. Et Symb.
Apost. Licet hæc operationes etiam omnibus tribus
personis indiscriminatim ferantur acceptæ. Sic Patri
tribuitur Redemptio Psal. 31: 6. Psal. 111: 9. Joh. 3: 16, 17.
Sanctificatio I. Thes. 5: 23. Gal. 4: 6. Filio assignatur
creatio Joh. 1: 3, 10. Eph. 3: 9. Col. 1: 16. Heb. 1: 2.
Sanctificatio I. Cor. 1: 30. Eph. 5: 25, 26. Spiritui San-
cto quoq; ascribitur creatio. Job: 26: 13. cap. 33: 4. Re-
demptio I. cor. 6: 11.

26. Itaq; porrò tenendum est, in operibus ad extra
quando una vel duæ personæ nominatur, totam Trinita-
tem intelligi. Aliquando autem in Scriptura mentio
fit trium personarum. Matt. 28: 19. Quandoq;
duarum Rom. 1: 7. non raro unius I. cor. 16: 23.
Et nunc servatur ordo personarum, nunc invertitur.
2. cor. 13: 13. Idq; ut sit testatisimum quamlibet Sacro
Sanctæ Trinitatis personarum esse unum il-
lum & verum Deum.

27. Ulterius de distinctione Personarum benedictæ
Trinitatis dicimus, non esse illam 1. *Essentialem*, una
quippe est essentia Divina. 2. *Accidentalem*: nam nulla
in Deo sunt accidentia. 3. *Intentionalem*, non enim à
nostræ mentis operatione pendet. Sed esse 4. *Veram*
& *Realem*. ita ut alia sit Persona Patris, alia Filii, alia Spi-
ritus Sancti.

28. Tandem coronidis loco statuimus, S. S. Trini-
tatis Personis competere I. *Cœssoriam* qua eadem est
e rerum essentia non propter similitudinem; sed identi-
tatem. I. Joh. 5: 7. Joh. 10: 30. Propter quam

μοστικ tam Filius est verus & aeternus Deus quam
Pater & Spiritus Sanctus.

29. 2. *ἰσότητα* quā tres illæ Personæ sunt inter se
æquales proprietatibus essentialibus, actu subsistendi,
dignitate & honore, prout eleganter & fusè id ipsum do-
cet, confessio Athanasij.

30. 3. Quod una persona sit in alia, propter unam
eandemq; numero essentiam, quam totam singulæ per-
sonæ possident. Et propterea personæ illæ sunt *ἐν πο-*
στοι: Pater in Filio, Filius in Patre, & Spiritus S. In
Patre & Filio. Ioh. 1, 1. cap. 10. 38. cap. 14. 10, 11.

Hic jam subsistimus, Trinu-
ni Deo cuius Majestatem his
pagellis lustravimus, sem-
piternam concinen-
tes gloriam.

Præstantissimo & Literatissimo Juveni,
DN. ANDREÆ THURON: KYROENSI
FINNONI Thesum barum Authori, & pre-
pugnatorem optimo.

Deesserū in cathedra, de Sancto nōn I E H O V A,
Qui residet rutili trinus in arce poli.

Rem Domino ANDREA præstas doctissime gratiam,
Tandemq; ad cœlos te Deus ipse veket.

In aplausit patriota...
ABRAHAMUS ABR: Iulensis Fin: